PRIVILEGIUM

INSCRIPTIONIS CANCELLARIAE MAIORIS S.R.M.

AD RELLATIONEM

ILLUSTRIS ET MAGNIFICI

DOMINI

D. STANISLAI KRYSKI

DE KRYSKI

REGNI POLONIAE SUPREMI CANCELLARII PRAEPOSITI CRACOVIENSIS HAEREDITARII CAPITANEI ANTIQUI RUTHENIAE



М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 4
№ 38.

Liber Centesimus Vicesimus Sexti
Sub literis VN. N. 127
Regnante
Serenissimo Sigismundo Tertio
Cancellariatu.
Illustris & Magci Felicis Zyrski in Drohn
Przedecen. Kobatin. Capnei
Annorum. 1613. 1614. & 1615.

156 I

REGESTRVM.
CANCELLARIAE MAIO-
RIS. S. R. M. PRIVILEGIORVM
ET INSCRIPTIONVM.

AD RELATIONEM.

Illris et Magci Talicis Kryski
in Drobnin Regni Poloniæ Supre-
mi Cancellarÿ Przedeceñ Rohati-
neñ ẑc Capitanei.

Annorum Domini.
1613,
1614,
1615.

AGAD
WARSZAWA

R

PROCAN-
CELLARIATVS
REGNI RÑDO
HENRICO FIR-
LEŸ CONFER-
TVR.

SIGISMVNDVS TERTIVS DEI gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæq; &c. nec non Suecorum Gothorum Vandalorum mq; Hæreditarius REX.

Significamus pñtibus litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis. Vt hæc Respub. rite administraretur consulto inter cætera Dinos Prædecessores nostros veteresq; illos solidæ virtutis ac prudẽtiæ Polonos varias in Repub. functiones et Magistratus certis prærogatiuis decoratos instituisse, quorũ consilio et authoritate res Polona staret floreretq;. Ad hos Magistratus cum ẽbus ætatibus ex multis huius Regni familys viri probi, graues, industrij et magnarũ vsu rerum instructi assumerentur tum præclarum et antiquũ Firleiorum de Dąbrowica genus eã sibi laudem merito vendicare potest, quod in Nobilissimas huius Sarmatici

soli Atticæ perpetuorum honorum et Magistratuum amplitudinē extulēs
se caput videatur. Quibus aut gradibus ad honoris istos ascendent gra-
tatum sui clari nominis gloria eosdem gesserit quæ in Ecclia Dei pietas
atq in Repub: excellentis et inueteratæ suæ virtutis ad omnem posteri-
tatis memoriam monumenta reliquerit: quæ rebus pro patria bene ac
fortiter cum imperio gestis eidem decora reperit historia lux veritatis
testatur. Illud sane insignis temperantiæ rarum atq non modo in men-
tibus verum etiam in omnium oculis non sine admiratione positū exem-
plum virum istius familiæ primarium. Senatoria dignitate spectatū si-
mulq in eminenti Magistratu non exiguas opes ferentes constitutū tali
Magistratu magna erga Regem amoris fidei solicitudinisq apud omnes
commendatē multos annos gesto ætate et valetudine integra nobis ipsis
diu gravibus aliis de causis repugnantibus sese abdicasse huius et alte-
rius Mgti olim Nicolai Palatini Cracovien. Henricus Firlei de Dobro-
wica germanus frater patre Joannē olim quoq Palō Cracovien. et supremo
Regni Marschalco natus non tam domesticorum exemplōq instinctu
quam ingenerata huic familiæ virtutis ductu ad omnem honestatē
ab ineunte adolescentia vitam instituit. In celebemmis gym-
nasijs liberalibus disciplinis instructus et in Societatione nostrorū

numerum adscriptus nõ petitus Romam profiscitur, vbi a fæl. rec.
Clemente octauo Pontifice maxime inter Cubicularios intimos, quos
à Secretis vocant cooptatus. ita huic muneri vacauit vt in pietatis
ac bonarum qui Studia toto pectore incumbens gentis Polonæ in ur-
be iuuenibus ad omne decus lucidam quasi facem præferens et omnium
in sua iuuenili ætate oculos perstringens facile optimum illi Pontifi-
cem et amplum. S. R. E. Cardinalium Collegium magnorum in illo or-
bis theatro virorum cœtum doceret quali ornamento Ecclæ Dei patriæ
sue futurus esset. Ex urbe reuersus et ad obeunda patriæ munia o-
mnibus præsidijs instructissimus, grauibus et arduis in eiusdem ne-
gocijs ad memoratum Pontificem, Max. a nobis missus Legionem
suam ex mea Sententia adeo ex voto et dignitate Reip. confecit. Qua co-
lecta nobiscum in Sueciam nauigauit ibiq in communi omnium perioclo
innatæ sue generis magnanimitatis signa dedit. Pariq deinde Reip.
temporibus sua virtute doctrina industria magnarum rerum gerenda-
rum singulari peritia in Aula nra et in facie totius Reip. multorũ an-
norum decursu abunde comprobata, Referendarius Regni a nobis
renunciatur et Ploceñ Miechouienq Præpositura augetur. In qua
Referendarij munere diu versatus cuiusuis magna facilitate

litium anfractibus iuris dicendi æquitate afflictorum causis ad nos defe-
zēñ, ijsdemq; subleuañ, alacritate sua orga omnes humanitate animi mode-
zone omnibusq; magnā docti probi et cæteris viri partibus ita nobis satisfe-
cit vt se ipsum superasse discretur. Cum itaq; illustrionis in dies eiusdem
virtutis fructus latius in omnem Reipp. dimanare debeat taliq; in Rep.
difficultate temporum tales viri gubernaculis illis admouendi sint,
Nos et Mgcum Felicem Krzyski in Drobnin ad supremum Regni Cancella-
riatum electo, nos communicato cum amplissimi Senatu consilio, ex
sententia eiusdem quā omnibus et Reip. felix faustum fortunatumq;
sit eandem Nrum. Dnum. Henricum Firley de Dąbrowica Plocen
Miechowien Przepositum Procancellarium Regni, renunciamus, crea-
mus et constituimus atq; hoc diplomate nro omnes prærogativas
quascunq; de iure et consuetudine vsuq; antiquo firmatas sunt et Pro-
Cancellario Regni competut eidem cum omni modo et plenaria pte-
te attribuimus ita vt hoc munere cum omni iurisdone, autoritate,
loco præeminentia fungatur, ad vitæ suæ extrema tempora aut
maioris dignitatis assecutionem. Id quod ratum et a nobis nrisq;
Ser.mis Poloniæ Regibus observatum in ei verbo nro Regio pollicemur.
In cuius rei fidem præsentes manu nra subscripsimus Sigillo Regni maiori
communiri iussimus. Datum Varsauiæ in Comitijs Regni Generali

die xxiii Mensis Martij Anno M. DC. xiii Regnorum Lo
nize xxxvi. Sveciæ vero xx. Anno

Sigismundus Rex.

Iuramentum Notary
Cancellarie Maioris

Ego Joannes Zandeki de Grudowsko iuro. Quod Privilegia
per Mttem Regiam subscrà quæ mihi ad registrandum porrigentur
recognitiones et Inscriptiones quas suis ac Rota cancella-
rizè S. R. M. recognitas fideliter suscipiam et in dicta eadem
veraciter inscribam extractusq; quosvis ex eisdem Actis nihil ad-
dendo, vel minuendo fideliter rescribam et extrahsam. nec ullas
recognitiones et Inscriones sine scitu et voluntate Mtis et Ilgis Domini
Cancellarij acta suscipiam libros Metrica Sacra Regiæ Mttis in
tegrè conseruabo, nihil in illis addendo vel immutan et omnia quæ ex
Actis extradam inseremet cum Actis diligenter fideliterq; corrigan.
Secreta tam Regni quam Regiæ Mttis quæ mihi pandentur tà verbo
quam scripto nulli hominum revelabo, nec illis alijs maxime vero
exteronum negotijs, attendam, nisi ijs quæ mihi ex mes incumbent

Officio aut quæ ab Illm et Mgco Dño Cancellario mihi iniuncta.
erunt Sic me Deus adiuuet et Sancta Dei Ha Patris.

COMPACTATA
INTER SAC. CAES. MTEM &
REGEM POLONIÆ.

Nos MATTHIAS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ Sclauoniæ &c. Rex Archi Dux Austriæ Dux Burgundiæ Brabantiæ Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraniæ &c. Dux Luxemburgiæ ac superioris et inferioris Silesiæ Wirtembergæ et Tecke Princeps Sueuiæ Comes Habspurgi Tyrolis Ferretis Kyburgi et Goritiæ Landgrauius Alsatiæ Marchio Sacri Romani Imperij Burgoniæ ac superioris et inferioris Lusatiæ Dominus Marchiæ, Sclauonicæ, Portus Naonis et Salinarum &c.

Et Nos SIGISMVNDVS Tertius Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæ &c. nec non Sueciorum, Gothorum Vandalorumq Hæreditarius REX

Tenore pñtium recognoscimus & notum facimus vniuersis & singulis
pñtibus & futuris harum noticiam habituris: Quandoquidem qui Chri:
sti locum in terris gerunt eos in hoc maximè elaborare decet vt cuius
locum obtinet, eius vestigijs incedant: Nos memoria tenen quod non
aliunde potestas nostra sit quam ab eo digno nomen ducimus cuius
appellatione censeri volumus, Domino nostro IESV CHRO;
qui quos ipse nobis subiecit populos eos loco suo regere nos voluit et
gubernare: Huc omnes cueas et cogitationes nras conuertendas
duximus vt quaterus id humanitas prestaei potest adiuuante
eo cuius id munus munere contingit quam proximè ad similitudinē
eius accederemus per quem Reges regnant Principes imperant et po:
tentes decernunt iusticiam. Quoniam vero non ille potentiam suam
non sapientiam sed eam illam qua societas hominum inter ipsos con:
tinetur dilectionem qui nos prior ipse pater meritum vltum protecu:
tus est imitari voluit vt sicut ipse dilexit nos ita et ipsi vicissim dili:
geremus inuicem ac pacem concordiam tranquillitatemq mutua int
nos conseruaremus; neq potest illi sacrificium vltum a mortalibus of:
ferri gratius quam vt fraterna charitas inter vnius corporis membra.
Hanc illius dilectionem qui nobis tot ciuitates tot populos linguas mori:
bus habitu inter se dissidentes tot tam late patentes Prouincias tot

amplissima Regna subiecta esse voluit praecipue pro virili nrâ unitatẽ
esse duximus. Itaq; cum inter recolenda memoriâ Maiores nros ia inde
à longissimo tempore certamen amoris benevolentiæq; mutuæ susceptum
fuisse cognouissemus; cuius rei tanquam testes sunt pactorũ et fœderũ
nrâq; inter nros Austriæ et Jagellonicam Domum, quæ inter vtriusq;
Domus Regna, Imperia, Prouincias, Populos, et Nationes; nominatim vero
quæ inter quondam Albertum Archiducem Austriæ, cum quondã Ca-
simiro Poloniæ Regẽ; et Diuum Fridericũ cum Imperatorem cum eodem
Casimiro Regẽ; postea vero etiam inter recolendæ memoriæ Ferdinan-
dum et Maximilianũ Imperatores cum itidem recolendæ memoriæ
Sigismundo Augusto Rege, ac tandem inter Rudolphum secundum
et nos Sigismundum intercesserunt: Nos maiorum nostrorum
exemplo prouocati qui summam semper inter sẽ necessitudinem
et amicitiam conseruare studebant atq; eam arctis præterea affi-
nitatis vinculis fortius colligabant quam vt dissolui facile posset ea
nimirum pacta et fœdera quæ inter præfatos Maiores nostros quon-
dam Albertum Fridericum Ferdinandum, Maximilianũ secundum,
Rudolphum secundum et Casimirum Sigismundumq; Augustum fe-
liciter seruata fuerunt id quod felix faustum et fortunatum DEVS esse ve-
lit vtriq; nostrum, ac vtriusq; nostrum Imperijs Regnis Terris Ciuitati-

bus Populis et Nationibus in DEI Opt. Max: nomine aqua tanquam
in fonte perenni manat quicquid bonarum est rerum inter nos nrosq et
pro nobis et Successoribus nostris continuari atq ades Declarandi corro-
borari et amplificanda duximus; ita et continuamus confirmamus,
instauramus renouamus declaramus, corroboramus et amplifi-
camus, presentium per tenorem.

Ac primum quidem sicut in his quæ inter dam Alberti Archiducis per-
scriptum est Nos omni honore fide et amore nos inuicem prosequi
et promouere debemus et volumus, in locis omnibus et temporibus ubi
nobis id facien se facultas obtulerit circa dolum et fraudem aliqua
rei committemus vnq; m et alter alteri aut familiaribus eius Vasallis
et subditis quibuscunq Regnis Ducatibus Terris et Ciuitatibus ei
subiectis et sub eius obedien et defension constitutis quacunq ex
causa bellum inferamus inimicitias denuntiemus diffidemus
aut hostiliter eos impetamus per nos aut per submissas personas;
fraude et dolo semotis. Ac non modo ipsi ab eiusmodi rebus absti-
nebimus; verum etiam subditos nostros et qui cunq in fide potesta-
tej nostra sunt eos prohibebimus ab ac omnibi modis superius de-
scripto temperare sibi cogemus.

Adebunt etiam protestatem homines nostri cuiuscunq; Status et
conditionis fuerint in quibuscunq; Terris Dominijs ciuitatibus nostris
et nostra obedientiæ subiectis agendi, et commorandi atq; etiã inde
libere et secure cum illis visum fuerit discedẽdi.

Deinde sicut etiam hîs Diui Federici cautum est, ita nos inuicem
oniendos, obligandos alligandos confœderandos duximus, quemad-
modum vnimus, obligamus promittimus, alligamus, confœderamus pre-
sentibus quod ex hoc tempore ipso perpetuus realiter et cum effectu inui-
cem, et mutuus obligati, alligati, et confœderati simus, et erimus et inter
nos et subditos nostros nec non Regna Principatus et Dominia quæ nunc
vterq; nostrum possidet et quæ Deo concedente in futurum acquirem⁹ co-
itans perpetua indissolubilis et Christiana pax esse, et seruari debet et de-
bebit, et in omnibus vtriusq; nostrum honorem dignitatem, Statum, aug-
mentũ concernentibus et concernere valentibus, mutus nobis auxi-
liabimus, consulemus inuicem promouebimus et assistemus neq; al-
teruter nostrum quicquam faciet cupiet pertractabit aut molietur, quod
contra alterutrum nostrum Regna Principatus Dominia Subditos hono-
rem Statum dignitatem aut augmentum sit seu esse aut tendere possit.

Si quis nostrum alter alteri ipsius Regnis Principatibus Dominijs

et subditis bellum damnum aut quodvis aliud nocumẽtũ inferret.
nec à suis quouis quæsitis colore inferri permitet; sed quilibet nostrum
contra subditos suos qui huiusmodi faciunt aut facere et molliri vellent
totis viribus suis et potentia in Terris et Dominijs suis consurgent
et eos pro huiusmodi excessibus pœna condigna punient et castigabit
donec damnorum datorum integram compensationem et refusionem faciet.
Præterea nullus nostrum ad alterius Regna Principatus Dominia
adquirare aut annihilare debet nec alterius nostrum Regna Princi
patus Dominia et subditos siquos (quod Deus auertat) ab alterius animo
deficere, recedere aut rebellare contingeret, contra alium eius Regna Princi
patus Dominia et subditos suscipere, tenere protegere, iuuare, assiste
re nec consulere aut fauore prosequi debet, nec à suis talia fieri patia
tur sed contra tales infideles unus alteri auxiliabitur et assistet
atq; Dominijs suis eos excludet. Si vero alter nostrum, eius Re
gna Principatus aut subditi, contra alterum ipsius subditos Prin.
cipatus aut Dominia actionem realem seu personalem ciuilem seu
criminalem aut qualemcunq; quæstionem habet aut in posterum
habebit si super ea non potuerimus amicabiliter concordare: tum
nec ipse nec subditi eius contra alterum ipsius subditos Regna Prin

cipatus et Dominia quicquam ni[illegible]a facti attentare neq; sibi ipsi ius di-
cere aut vlcisci sed super eo iure et non aliter experiri debent.
Cæterum pro maiori suprascriptorum fœderum declaratione proq; tranquilli-
te subditorum nostrorum statu quietis et bona vicinitatis conseruatione
et quo firmior inter nos Regna et subditos nostros pax amicitia et be-
nevolentia perpetuo constare queat vtq; omnes dissidiorum causæ quo-
ad eius fieri potest præscindantur, ordinamus statuimus declaramus
et volumus quod cum initio scriptum est quod mutua nobis inuicem
auxilia ferre debemus quomodo alter alteri auxilia ferre velimus id
in arbitrio vtriusq; nostrum et Ordinum Regnorum nostrorum positum esse de-
beré, Hoc tamen expresse vt liceat vtriq; nostrum ex Terris et Pro-
vincijs alterius voluntarios milites ære suo conductos educere et ar-
ma in vsum suum exportare. Ea tenus tñ milites educere liceat
quatenus id sciente fiat altero nostrum neq; sit alteruter nostrû bello fa-
ctorio contra hostes alterius suos impeditus. Hostibus vero ne id liceat
neue fautor vllus præstetur qui alteri obesse possit; ita tamen vt ne dum
iuxta præscripta maiorum nostrorum fœdera nullus nostrum alteri vel ipsius
Regnis, Principatibus Dominijs et subditis bellum damnum aut
quodvis aliud detrimentum inferre; sed neq; alterius hostes aut

rebelles fouere protegere seu eis assistere vel fauorem consilium aut
auxilium quouis modo prestare debeat. Volumus preterea vias et
flumina publica nec non commercia et negociationes mutuas per de-
gnos et Prouincias nras omnibus et singulis Regnicolis prouincia-
libus et subditis nostris tam terra quam aqua vtrinq libera esse;
nec vllis vnquam interdictis arrestationibus seu represaliorum
concessionibus impediri sed vtriusq nrum subditos in alterius Re-
gnis et Dominijs libero transitu ac fide publica quem Saluũ Con-
ductum vocant non minus quam proprios cuiusq subditos gaude-
re vti ac frui posse et debere. Neq Denig cuiqm nrum aut his qui no-
bis subditi sunt querellas et actiones suas si quas iam sunt vel futuris
temporibus aboriantur aliter quam mediante inre prosequi liceat.
Vt aũt omnes protelatis vel denegate iustitie querelle tam inter
nos quam subditos nros hicinde precaueantur sed cuiq expediti
ius et iustitia summarie et deplane administrari eiudemq debita
executio effectualiter obtineri valeat. Conuenimus et concordami-
mus quod si quis nrum vel vnius nostrũ subditi contra alterius vnũ
vel plures priuatos subditos actiones sine personales sine realis
intentarent tũ semper pars agens forum et Judiciũ ipsius rei

Sequi debeat.

Et quod in personalibus iniuriarum violentiarum super spoliatione
seu similibus Iudex permissione subitarij Iudicij, citra dilationis et
exceptionum admissionem actoris forensi de simplici et plana iustitia
complementum faccre. In realibus vero secundum ritus scilicet di-
tionis consuetudinem ita procedere teneatur vt qui libere citra dila-
tion iustitiæ executionem obtinere queat id quod per superiorita-
tes et Magistratus fideliter prouideri et dirigi par est; Quod
si alter nostrum contra alterius prouinciam vel communitatem ali-
quam vel vicissim prouincia communitas, vel priuati subditi ve-
strum nostrum contra alterum ex nobis vel eius prouinciam seu
communitatem priuatas actiones prætenderent: tunc causa hu-
iusmodi coram alterius nostrum subquo pars rea degit Consilia-
rijs seu Commissarijs per eundem iuxe partium conditionem et causarum
exigentiam non minus septem numero designandis summarie
audiri et vel amicabiliter componi vel iure mediante determina-
ri et executioni demandari debeant.

Porro si inter nos metipsos Reges seu forsan Regna et Prouincias
nostras tum metarum et terminorum tum commerciorum, seu quarum-

Liber

libet aliarum tam veterum quam novarum causarum iurium vel obliga-
tionum occasione quarellæ gravamina et controversiæ subortur: tunc
alter nostrum qui vel eius Regnum seu Provincia ius vel querellam
prætendit, alium per Nuncios vel tras suas amicabiliter informare ac-
pro collendo sarciendo, amovendoq gravamine admonere et regrere
debet. Quod si obtinere nequeat tunc quilibet nostrum statim intra du-
orum mensium spatium a facta amicabili requisitione tres con-
siliarios suos è Proceribus Regnorum Hungariæ, Bohemiæ Mo-
raviæ Silesiæ, et vel ex aliquibus harum prout quodq negotium ad
aliquam harum Provinciam pertineat vel etiam ex omnibus pro exigen-
tia et gravitate negotij ab una Regnij Poloniæ Magni Duc. Litt. ad
alteram partibus ad conveniendum diem et locum per partem lesam
seu querulantem nominandum remota omni excusatione mitte-
re debeat. Cui utriusq nostrum Consiliarij summam in primis dili-
gentiam adhibeant quo huiusmodi querellæ gravamina et contro-
versiæ inter nos Regna et Provincias nostras amicabili compo-
sitione trasigantur. Causa vero non succedente, tunc læsa pars sive agens
coram prædicti sex Consiliarijs actionem suam statim ipso die iuridice
exhibendi potestatem habeat. Ijdq duplicatis scripturis quarum unam

Consiliarij penes sè retineant aliam vero parti reæ transmittant.
Quo facto pars rea responsum suùetiam scriptis duplicatis & pe:
dictis Consiliarijs vel ei cui ex illis hoc demandatũ fuerit intra spa-
tium proximorum duorum mensium à transmissa actionis libello
mittere teneatur vt scilicet Actor replicas reus vero duplicas
suas ac præterea vtraq; pars tertiam quoq; conclusionem et submissionẽ
scripturam de bimestri in bimestrẽ duplicatis vt præfertur scriptis
offerrẽ queat eo sanè modo et ordine vtriq; parti transmittendis sicut
de actionis libello demonstratũ est. Oblatis tandem successiuè, ab v:
traq; parte duplicatis trinis scripturis in quibus vtrinq; ĩa sua iura ex
plicabunt ex illi Commissarij partibus ad promulgandã sen:
tiam inter proximũ segnens bimestrẽ diem ad eã locũ vbi causa pri:
mo agi cœpit, indicent. Quo loco et tempore partes per Procuratores
suos, plena mandato instructos comparere illicq; et ipsi Consiliarij
conuenire ac diligenter visis scriptis et discussis ac rotius cau
sæ partes rursũ ad concordiam et amicabilem compositionem inuitare et
cohortari, nihilq; in eo opere et diligentiã intermittere debeant.
Quam si ne tum quidem inter partes obtinere queant Latam ad feren
dã sententiã procedant, ac id quod iuris et iustitiæ fuerit cognoscant

ac decernant Quod si supradicti Consiliarij de ferenda sententia si-
ue interlocutoriâ sine definitiuâ fuerit, concordare non possint tunc
totiesquoties opus fuerit arbitrum communi voce deligat; vel por qua-
libet Consiliariorum partem duabus idoneis personis, propositis, ex
ydem sorte constituant cuius partes sint huic Consiliariorum opinio-
ni quæ et iuri et æquitati magis consona videatur subscribere eandem
laudare et approbare Quicquid aut per ipsos Consiliarios nros seu ma-
iorem eorum partem separatim vel per eosdem vel arbitrum coniunctim
et decretum et pronunciatum fuerit id ratum firmum maneat ac ita-
tim debitæ mandetur executioni remota omni plane appellone suppli-
tionę reductionę in integrũ restitutionę alijsq; iuris beneficijs et reme-
dijs etiam motu proprio concessis obtẽ non obstantibus. Debent
aut Consiliarij pernos pro tempore deputari pecunnet arbiter ipse
per nos et quantum ad quemlibet nrũm spectat ab obedientiæ et
iuramenti debito ad eam causam tantum absolui ac pro admini-
tranda in sticia nouo consueto iuramẽ obstringi. Quod si pendẽ-
te lite vnus vel plures ex ipsis Consiliarijs mortem obirent tut in de-
mortuorũ locum prout ad quemlibet nrũm pertinebit alios semper
surrogabimus Ipsi quoq; Consiliarij non plures scripturas admittat.

aut terminos alio modo, quam supradictum est prorogandi aut al-
terandi potestatem habeant, seu forma et modo illis concesso procedat
excepto casu, quo partes testes producere necesse haberent tunc ipsi Con-
siliarij iurisdom suam prorogandi potestatem habeant tantisper do-
nec testes eius causæ conscij secundum iuris dispositionem lectæ pro-
ducti et auditi fuerint ita tamen ulla minus necessaria prorogatio quæ-
catur vel admittatur, sed omnes testes ad unum diem et terminum quæ-
tum fieri potest audiantur, publicatis attestationibus non nisi
unica scriptura cuilibet parte recipiatur. Proinde quos ma-
gis Regna, Principatus, et Dominia ab omni bellorum depreda-
tionum latrociniorum, hostilitatis periculo libera, secura, purgata
esse queant; conuentum inter nos est quod nullus nostrum alien-
us seu Regnorum, Prouinciarum, vel subditorum suorum diffida-
tores, hostes homicidas, raptores seu damnificatores, nec non profu-
gos cuiuscunq conditionis, sive Ecclesiasticos sive Seculares,
item rebelles subditos, quicunq in alterius nrum Regnis et dispo-
nibus reperti, denunciati, vel per nosmet aut officiales nros perquisi-
iati fuerint ne quagram amplius fovere et assecurare multo

menus vero per subditos nostros ullo hospitio, auxilio sive recepta-
tione, quocunq; pretextu directe et indirecte publice, occulte recipere,
iuuare, vel intertenere debeat: Si quo vbicunq; huiusmodi grassatores
raptores, diffidatores, et damnificatores vbilibet in prefatt Regnis
et ditionibus nostris deprehensi fuerint contra eos iuxta nras et dire-
ctiones atq; accurata diligentia officialium vtrobiq; patrata ac defe-
renti iusticia immediate atq; irrecusabiliter permitti atq; ministrari
aut etiam circa partium requisitionem de hijs vt communibus hostibus
a Capitaneis et Magistratibus vbicunq; ex officio inquiri inquiet pa-
nali procedi debeat. Casu aut quo aliquis ex officialibus aut subdi-
tis nostris propter recostationem altercationem vel defensionem ante di-
ctorum diffidatorum aut omissionem ante dictorum diffidatorum inse-
cutionis captiuationis, siue animaduersionis scienter contrauene-
rit in tales vtrobiq; sine delati a parte altera sine alias verisimi-
li suspitione deprehensi forent capitali supplicio irremissibili
debet animaduerti.

Quod si alterius nostrum vnus vel plures subditi vel subditi alteri
nostrum seu Regnis et Dominijs nostris generaliter vel singularibus

personis incolis, et subditis priuatim hostilitatem denunciauerit
tunc Rex. Prefectus Capitaneus, aut officialis illius loci siue di-
ctus cui diffidatio inuicta est, Generales, Prefectos, et Capita-
neos Regnorum et Prouinciarum, alterius nrûm, subgus tales
diffidatores degunt ea de re certiores reddere, ipsis exemplar dif-
fidatoriarum harum, transmittere debeat. Quo autem pro prefati Pre-
fecti et Capitanei, diffidatores pro publicis hostibus iudicare, promulga-
re, et publicare omnibus, et singulis incolis cuiuscunq; ordinis et co-
ditionis existerit, eorum consuetudinem interdicere, ne aliqus
quam hospitio recipiantur aut consilio, auxilio, siue re ulla alia
iuuentur, prohibere, aut cauere, bonaq; diffidentium applicare fi-
sco et Camerae Regiae, ac proinde in hospites socios conscios, et com-
plices, pari quoq; seueritate animaduertere teneantur, ignorantiâ
excusatione vniuersis penitus sublatâ. Quod si quis quam Prefectus
Capitaneus, aut Magistratus, in huiusmodi casibus subitam iusticiâ
administrare cunctaretur; aut etiam alias ex officio inquisitione, exe-
cutione, et animaduersione debita non procederet tunc talis nostrâ
punitioni immediate obnoxij, et rei esse debeant. Vt autem precipuus dif-
fidationum, et grassationum fons quo huiusmodi latrocinia in primis

alunue, è medio tollatue cohercatur licentia et impunitas rec:
tantsi hostes, prædones, et diffidatores: serio inter nos conuenit vt
omnes promotores, defentores, receptatores, complices dictorũ facino:
rosorum hominum qui vel in notorietate facti vel ex veraci denũcia:
tione spoliatorum aut ex fuga captiuorum: modo tales captiui vel
spoliati bonæ fidei et integræ famæ sint: sine alijs tam manifestis
indicijs vt vlteriore probationẽ res non egeat, conuicti vel deprehensi
forent ijdem citra vlteriorem purgandi sui admissiõm et concessiõnem
spoliatis ac damnum passis ad restitutiõm et satisfactiõm proba:
bilium damnorum, de bonis suis teneantue, aut si solueñ non sint,
secundum qualitatem delicti corpore luant. Quod si talis etiam pa:
trati criminis conscij vel complices essent, et ad illata damna ex:
lege euidentem, causam scienter præbuerint ijdem non tam
parti ad restitutiõm damnorum vtiam præmissum est, teneantur
quam et superioritatis suæ cognitiõni ad sumendum de ijs pro modo
delicti supplicium citra euasionem subiaceant. Si vero alicui rece:
ptatorum aut complicum non omnino manifestis indicijs nec apertis
captiuorum confessiõnibus, sed aliàs delati et de tali facinore su:

specti potius quam conuicti fuerint contra tales tam ex delatione
damnificatorum vel alterius suspitionis offalium quam ex offi-
cio per Capnèss aut Magistratus eius Regni aut ditionis in quo
fuerint hac tamen conditione differèn sine moderatione debet
procedi vt si forent Nobiles, aut possessionati Cuos ante hac in tali-
bus non infamati nec vllis prioribus confessatis suspecti tales in casu
negatis suspitionis sese propio eorum iuramento coram supremo eius
ditionis Magtu publice de huiusmodi infamatione exonerare
et purgare queant Si vero ydem antenon bus infamiz aut confes-
satorum prziudicijs notati et semi manifesti forent ita tamen vt
huiusmodi confessata non omnimode certum facti inditiu prze-
re possent tales etiam ad purgationem sui medio iuramento et tertia
manu integrz famz possessionatorum vicinorum admitti aut si in
vtroq casu in purgatione sui defecerint debita capitis animadver-
sioni subjci debeant. Quod si quis ex Regnis et Provincijs nostris
ausu temerario contra ius et aequitatem ac publica maiestatis Regis
rum nostrorum fidera in alterius Regni vel ditionem excursio-
et irruptionem faceret atq ibi mercatores et vectores depzedaretz

aut detineret homines occideret vel abduceret, pecora abigeret,
incendio seuiret aut alio quouis modo damnum et iniuriã inferret,
et patrato nefario scelere rursum se domum vel cum præda secutus
vel fugiens insequentium manus in hospitia consueta et solita di-
uerticula reciperet tum in eo Regni Præfecti illius territorij vel di-
strictus et omnes incolæ totaq; vicinitas more vt à damnificatis et
iniuriatis seu quibuscuis alijs hostem, prædonem, et communium
sacrorum violatorem insequentibus commone facti euocatiq; extite-
rint debeant lasis ferre opem, adesse, in armis fortiter et grauiter in-
sequi et inquirere noxios et turbatores pacis publicæ et tranquil-
litatis. Et si sui tuendi causa in aliqua castra aut fortalitia
vel loca abdita seu naturâ munita profugerint, acrius ac diligentius
insistere et ipsos et eorum hospites socios conscios, complices obsidere
oppugnare, et ita omnes ad deditionem vrgere ad debitum supplicium
trahere, et ad restitutionem recompensationemq; damni eum illatorũ
cogere teneantur. Si qui aut negligentiores et remissiores in ferendo
offensis auxilio et in prosequendo hostes et damnificatores se se ex-
hibuerint sciant se indignationem nostram et seueram animaduer-
sionem irremissibiliter incursuros esse. Si vero contingeret aut per hos

ordinationem superiorit̃atis aut alios qui per damnificatos alij diffidatos, contra premissos damnificatores diffidatores, malefactores, receptatores aut complices captiuandos siue etiam iam tum captiuos et conuictos, in alterutrius Regnum aut ditionem proximplorat̃one iustitiæ mitti, ydem implorat̃ores non solum ad executiõm iusticiæ pro ratione delicti, cum omnibus in tali facto necessarijs admitti et prouidezi; verum etiam tam in loco administrandæ iusticiæ quam in reditu ad propria omni modo tuti atq; assecurati esse debeant. Casu etiam quo in alterutrius nr̃um Regno aut ditione aliquis ex Nobilibus, aut alijs zelo honestatis et studio suprimendorum publicorum malefactorum aut iussu Magistratuũ aut motu proprio huiusmodi publicos prædones et grassatores insequeretur; idq; sibi à quoquam vt inhonestum exprobraretur. Talis exprobratio nulli cuiuscunq; Status vltum honoris sui discrimen imminutionem et præiudicium aliquod generare queat; sed exprobrator ad reuocationem probri una cum aliquali carceris punitionẽ et restitutionẽ impensarum cogi atq; iasum rogare debet vt sibi talem iniustam imputationẽ propter Deum remittere velit. Cum denig; nr̃a, Regnorum et Prouinciarum nr̃arum maximopere interesit vt in Regnis et Dominijs nr̃is bonam eandem; iustam habeamus monetam. Quamobrem pro

bonæ communi vtrinq; curabimus et efficiemus ne illegitima, prava, et repro-
ba moneta in Regnis Prouinciisq; nris cudatur, recipiatur. Quod si hac ex
parte quæstio inter Nos inciderit agemus, quantum opus fuerit cum
Ordinibus Regnorum, Prouinciarumq; nrarum aut eorum assensu Commis-
sarios nostros vtrinq; deputabimus, qui habita ratione communis Re-
gnorum, Prouinciarumq; nrarum eas tenent, ineant rationes, quibus
vel eadem bonitate et valore vtrobiq; moneta cudatur vel diuersarū moneta-
rum prout quæuis vel melior, vel deterior reperta fuerit, iustum semper
pretium æstimatiq; constituatur. Id quod de sale vtriusq; nostrū in
alterius Regna et Prouincias educendo pariter cautum esse volumus.
Quod si tamen hæres vel vtroq; casu inter communes nros Commissarios
transigi nequeat, tunc saltuum liberumq; semper vtrig nostrū esse debere
et de moneta, et de sale suo statuendi, id quod cuiusuis ac Regnorū et Pro-
uinciarum necessitas vtilitasq; exegerit. Quæ omnia et singula matura
Procerum et Consiliariorum nostrorum deliberatione præuia. Nos Impe-
rator Matthias et Nos Sigismundus Tertius pro nobis et pro
Successoribus nris acceptamus, approbamus, et Regia nra authoritate ratifica-
mus per præsentes. Promittentes in verbo nro Imperiali, et Regio et bona fide
sub onere, iuramenti mediante, præinserta pactorum et fœderum capitula

AGAD
WARSZAWA

in omnibus eorum punctis, clausulis, condonibus et articulis firma, rata, et grata semper habituros, ac sancte inviolabiliq; observaturos, nec nō per Hales et subditos nostros ac omnes quorum interest, pari formiter observari et manuteneri curaturos; dolo et fraude semotis.

Reseruantes postremo ab hac confederatione pro Nobis Imperatore Matthia. S. D. Papam, Sanctam sedem Aplicam. nec non Sacrum Romanum Imperium. cui pro caste qua illi iureiurando obstricti sumus, si quis illud iniuria afficere vellet decesse non possemus.

Preterea vero Scr.mum ac Potentissimum Principem, et Dnum. Dn. Philippum Regem Hispaniarū Catholicum Transylvaniam. Ad extremum etiam Turcarum Principem per presentes et futuras quoq; quæ intercesserint inducias, ita vt istud fœdus nrām. Mvem contra illum ligare non possit, nec debeat. Sic vicissim Nos Rex Sigismundus fertius prefatum S. D. N. Papam sanctam sedem Aplicam nec non Regnum nrūm hæreditariū Sueciæ in quo recuperandō nobis Sueciæ bus q nostris deesse non possumus. Turcarum Principem et Transylvaniam pro Nobis pariter excipiendos reseruandosq; duximus.

Cum vero eadem pacta ante etiam per recolendæ memoriæ Carolū Quintum

Imperatorem Hispaniarum Regem ratione quorumcunq; hæreditariorum Regnorum suorum confirmata fuerint; Promittimus iidem spondemusq; Nos Imperator Matthias effecturos nos, vt per Ser: mũ et Potentissimum Principem ac Dominum Dn. Philippum Regem Hispaniarum Catholicum, tanquam in eadem hæreditarium Regis et Domini Successorem quæ ad eadem Regna et Dominia sua libi rensentur confirmentur; confirmationem eam intra octo Mensium spatium à præsenti die numerandorum. ad Ser.mum Polo: niæ Regem nostrum transmissuros.

Nos vero Sigismundus Rex iam ex hoc ipso tempore ab hisce bis itidem pro parte nrâ et pro Regno et cæteris Dominijs nostris eadẽ pacta et fœdera cum eodem Serenmo et Potentissimo Rege Catholico Regnis Provinciis ac Dominijs hereditarijs continuamus, confirmamus instauramus, renouamus, declaramus corroboramus, ampliscamus, præsentibus bis nris nos obligamus, et verbo nostro Regio bonaq; fide promittimus ea nos et omnia ac singula in eis cõtenta et expressa inuiolabiliter obseruare, et adimplere, et in nullo illis contrauenire velle. Dolo aut fraude semotis.

In quorum omnium robur et evidens testimonium Nos prædicti Regos binas eiusdem tenoris literas manuum Nostrarum subscriptione, sigillorumq; appensione munitas ac cuilibet nostrûm alteras consignatas expediri fecimus. Datæ in nostris Dzoniensi et Varsoviensi arcibus Regys die vigesimatertia Mensis Martij Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Decimo Tertio. Regnorum nostrorum Matthiæ Imperatoris Romani primo, Hungarici quinto Bohemici secundo; Nostrorum vero Sigismundi Tertij Poloniæ xxv. Suetiæ decimo Nono.

Matthias Rex. Sigismundus Rex.

Oblata Trãsum. Succumera-riatus Vendẽ.

Nos Sigismundus &c. Dei gra Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Oblatas esse ad acta Cancellariæ nrãe literas infrascriptas manu nrã subscriptas et Sigillo Regni obsignatas, sanas, salvas, integras omnique cautionis nota carentes. Supplicatumq; nobis est vt eas in acta Cancellariæ

nostræ inseri mandare dignaremur quarum tenor sequitur talis.
Sigismundus ⁊c. Dei grã Rex Polonia, Magnus Dux Lituania, Rus
sia, Prussia, Masouia, Samogitia, Liuoniæ ⁊c. nec non Suecorum,
Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus ꝓbitas
tes nostris quorum interest vniuersis et singulis. Cum inter cæteras Re-
gum rub. rectè laudabilis administrandi partes eã non postremã habe-
antur vt virtuti meritisq; in patriam illustribus debitus honor ⁊ di-
gnæ præmia tribuantur eo nos sem per à tempore felicis Regiminis no-
stri fuisse animo ne occasione aliqua huic munerꝭ nostro defuisse vi-
deamur. Atq; hactenus in aliis plurimis probatis viris beneficètia
nostra ornandis studiose secuti sumus idem quoq; pro te occone in-
Gnõso Georgio Butler minime nobis negligendũ arbitrati sumus.
Is enim nobilissima familia in Liuonia ortus nullas vnq; de nobis
ac de Reipub. bene mereñ, prætermisit occones omnesq; boni ac fidelis
subditi, cum iactura rerum ac facultatum suarum tota hac Liuonica
belli tempore partes abunde explenit constantemq; fidem ac integritatẽ testatus est dignũ exhibuit cui gra
ac præmia non argumenta demonstrẽtur. Quo circa motus non ita pridẽ
Gnõso Stanislao Kos Succamerario Verdeñ, ac Aulico nro ipsi
dominus Succameriatus Verdeñ, conferendũ esse arbitrati sumus.

prout conferimus pñtibus Cis nostris volen, vt prædictũ munus
Succameriariatus idem Gnõsus Georgius Butler cũ õibus iuribo
prærogatiuis libertatibus, prouentibus ac obuentionibus quibus
uis de iurẽ vel recepta antiquitus consuetudinẽ ad idẽ spectañ.
teneat, habeat, et possideat ad extrema vitæ suæ tempora vel amplio.
ris alicuius Dignitatis assecutiõm. Quod omnibus quorũ interest
nominatim vero Dignitarys Officialibus cetiq Nobilitati Paltus Ven.
dẽn, ad noticiam deducen, mandamus vt memoratũ Georgium Butler pro
vero ac Illmo Succamerario Vendẽn agnoscant eiq de loco ac prærogatiuis
quibuscuis respondeant et ab aliis responderi curent. Prout grã nrã, debitoq
effectũ. In cuius rei fidem præsentes manu nrã subscriptas
Sigillo Regni Magnq Ducatus Lituaniæ communiri iussimus.
Datum Varsauiæ die xxvi. Mensis Januarij Anno Domini
M. DC. xii Regnorum nostrorum Poloniæ xxv Suetiæ vero
xviii Sigismundus Rex. Cui supplicoñi benigne annuen, præin.
sertas Cras ac Cancellariæ nostræ inscripi mandauimus. Datum
Varsauiæ die xxviii. Martij Anno et Regnorum vt supra.

Rdus Illus et Mgr Julius Krishi in Drohin
Regni Poloniæ Supmi Cancellarij Custos Przemcen vt
Capnen

Renouatio indige:

natus Joannis Kizlinek.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei me
moriam. Sigismundus iii Dei grâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Li-
tuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ Liuoniæ q; etc. nec non Suc
corum, Gottorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus præse
tibus Lris nostris quorum interest vniuersis et singulis. Exposi tum esse
nobis per certos Consiliarios nostros nominè Nobilis Joannis Kizlinek
curiam eius totam in villa Marczowska pago eius hæreditario, in Duca
tu Zatorien, iacen, cum rebus omnibus mobilibus et suppellectili, ad extre
mum cum munimentis inscronibus chyrographis, Priuilegijs q; ante
cessoribus eius per olim Ser.mos Reges Poloniæ prædecessores nostros da
tis, permissione Diuina conflagratam circa quâ conflagration Pri
uilegium Sac. Cesareæ, Maiestatis Friderici piæ memoriæ Electi Do
mæ nostræ Imperatoris semper Augusti ac Germaniæ Regis. quo Sac.
Cesarea Mtas olim Nobilem Joannem Kizlinek avum eius cum
illius vtriusq; sexus successoribus in ordinem cognestrem ascisceñ, et
Nobilitate titulo decorare dignata erat, tum priuilegium Indige
natus ab olim Ser.mo Sigismundo primo Rege Poloniæ Auo præ
decessore neo charæ. olim Nobili Joanni Kizlinek ausceig datum.

igris voragine absumptum esse. Quâ combustio certis testimonijs homi
num fide dignorum nobis comprobata et. Supplicatum nobis esse nomi
eiusdem Joannis Kizlinek ut innitendo legibus Regni de his san:
citis Iras eandem Indigenatus antecessoribus eiusdem Kizlinek
modo premissis datas renouare dignaremur. Nos igit Sigismundus
Rex prænominatus acceptis conflagrationis istius hominis fide di
gnorum sufficientibus et tumis testimonijs innitendo in hac parte le
gibus Regni, et exemplo prædecessorum nostrorum insignium virtutis singu
larumq erga nos et Reipub. meritis illius præbentibus nobis testimonijs
certis Consiliarijs nostris et consanguinitatis illius cum personis mul
tis Equestris ordinis habita ratione ac attentis meritis Nobilis Nico
lai Kizlinek filij eius qui in expeditione Moschouitica primum in ex
pugnatione et recuperatione arcis nræ Smolenscen. Deinde vero
in alijs cum hostibus nostris et Reipub. conflictibus singularia fidei et
virtutis suæ certamina et monumenta edidit et huius expeditionis
Moschouiticæ tempore in castris vigiliarum excubiarum ac dia:
rum belli molestiarum patiens fuit ad extremum in pugna ad Klo:
sipum occubuit supplicationi pro illis factæ benigne annuimus et
Imperatoriæ Maiestatis exemplo ipsorum virtutis honorandæ studio
ad intercessionem Senatorum Regni Nunciorumq Terrarum in hisce

Generalibus Regni Comitijs congregatorum litteras eiusmodi indigenatus
modo premisso conflagratas renouamus et eundem Joannem Kizlinek eiusq;
utriusq; sexus liberos successores Nobilitati Regni nostri antiquitus adiunctos
et aggregatos adiungimus, aggregamus incorporamus ac pro vero Nobili
in Regno Poloniæ Dominijsq; nobis subiectis censeri haberi, reputari, et ad
omnes immunitates, libertates, prærogatiuas dignitates, honores, benefi
cia superiora et inferiora officia Ecclesiastica et Secularia percipien, et
retinen, bona quæq; terrea possiden aptos, habiles idoneos, gratia et auctori
tate nra imbemus et statuimus. Ita tñ, vt idem Joannes Kizlinek iu
zamentum corporale coram offo Castren Cracouiensi Orziechowien, dictus
sui proprij super conflagratione Litterarum earundem tam Nobilitationis
quam Indigenatus, sui præstet quandoquidem huc ad Comitia Regni
propter decrepitam ætatem et aduersam valetudinem suam venire nō po
tuit. Armaq; et insignia familiæ eius eadem quæ ab olim piæ memo
riæ Sacræ Cæsareæ Maiestatis Friderici et antecessorum nrorum ipsius
data erant nos etiam ei damus atq; confirmamus videlicet tubam nigram
in latus positam super illam tres flores Liliæ aurei in campo rubro in
vulgo wheimie Duæ tubæ sursum cornibus positæ in
quorum Lateribus vtrisq; per tres flores Rosæ prout hæc oia in Privile
gio Sacræ Cæsareæ Mtis piæ memoriæ Friderici latius erat descripta.

Quod quidem vniuersis et singulis Regni Dominiorumq; nostrorum hominibus
præsertim vero Equestris ordinis Nobiliq; natis tam publicis functiones aut Ma-
gistratus gerentibus quam privatis quibusuis præsentibus nostris denuncia-
mus. mandamus vrâ Regiâ authoritate vt ipm Nobilem Joannem Kizlinek
cum illius hæredibus vtriusq; sexus ab eo tame descendeñ, provenis Nobili
bus habeant locumq; illis tam in grâlibus publicis maioribus quâ etiam
particularibus conventibus Regni nri concedant in sententiâ et suffragij
permittant armis superpositis et insignibus eos vti honores, item dignita-
tes officia tam Spiritualia quam Secularia ad quæ Regni nri Nobilibus ab
auis ac atauis longa propagine procreatis patet aditus cum familia No-
bilitatis ordini libertati inuict prærogatiuis omnibus inoitam eum eiusq;
successores adire, eisq; frui et gaudere libenter patiantur in eoq; vere virtuti
se cuiq; amatores atq; ea vera Nobilitatem comprobent. Id quod nos opti-
mum quemq; pro officio suo gratiâ nrâ facturi spontè sua confidimus.
Si quis vero illi aut posteris illius palam vel occulte obtrectare aut de
Nobilitate, ac hoc stemmate detrahere ausus fuerit, eum nos pœnis le-
gibus Regni descriptis punizi volumus eisdem pœnas contra tales
obtrectatores extendi volumus. In cuius rei fidem præsentes manu nrâ
subscriptas Sigillo Regni nostri communiri iussimus. Datum Varsauiæ
in Conuentione Regni Generali Varsauien die xxvii Martij Anno

Dñi MDC xiiij Regnorum nostrorum Poloniæ xxxvij. Suetiæ vero xxx. anno. Præsentibus Illustribus Reuer.mis Reuerendis Magnificis et Gnosis Alberto Baranowski Dei gra Archiepiscopo Gnesnen. Legato Nato Regni Poloniæ Primate et primo Principi Petro Tylicki Cracovien. Laurentio Gembicki Vladislavien. et Pomeranię, Andrea de Brin Opalienski Poznanien. Martino Szyszkowski Plocen. Simone Rudnicki Varmien. Stanislao Stecinski Premislien. Christophero Kazimierski Kijovien. Othone Schenkingk Venden. Episcopis Joanne Ostrorog Posnanien. et Sarnolien. Stanislao Bykowskich: radien. Adamo Sandiuogio Czarnkowski a Czarnkow Lancitien. Marcionis Poloniæ Præli. Michade Dzialynski Brzesten. Znieuzensi. Vrzehonien. Thoma Gostomski de Lezenice Mazouiæ et Rypczywolien. Zbigneo Ossolinski Podlachiæ et Stanislauien. Tyszkiewicz Mscislauien. Nicolao Sapicha Minscen. Palatinis et Capneis Joanne Koszkowski Posnanien. Adamo Stadnicki de Zmigrod Calissien. Premislien. Colensi Stryen. Andrea Przyiemski Gnesnen. Kowalien. et Koriensi Andrea Comite a Tenczyn. Belzen. et Rodlen. Stanislao Radzieiowski Sanen. et Sochaczonien. Raphaele Leszczynski Wislicien. Petro Firlei Bieczen. Nicolao Olesnicki Radomien. Stanislao Lasocki Malogoszten. Jacobo Gawronski Vielunen. Martino Stadnicki Sanocen. Venceslao Kielczewski

Biechowien, Constantino Plichta Sochaconien, Stanislao Paryss
Varsauien, et Czernen Alberto Krishi Raciąznen, Paulo Garwaski
Sieproen, Adamo Kossobuchi Wyszogradien et Lowzen, Castellanis et Ca:
ptneis. Sigismundo Myszkowski Marchione à Mirow. supremo Re
gni nõi Marschalco. Nouæ Ciuitatis Corczyn Grodecen &c. Felice Krishi
in Drohiin Cancellario Regni supremo Iunisladislauien, Konelscen, &
Capneis Leone Sapieha, Magni Ducatus lithuaniæ Cancellario Henrico
Firlei de Dąbrowica Regni nostri Vicecancellario, Stanislao Warsicki
Supremo Regni nõi Thesaurario Kobrynen, Orsecen, Georgio à Zbaraz
Inowlocie Regni Pinscen, Schalicen, Capneis Sebastiano Sobieski Ve:
xillifero Regni Hieronimo Wolowicz Magni Ducatus lithuaniæ su
premo Thesaurario Ioanne Swietoslawski Referendario Regni Cu:
riæ Wolowicz. M. D. L. Referendario Nicolao Danielowicz The
saurario Curiæ Regni Chelmen Drohicen, Capneo, Ianutio Radziwil
Duce in Bierze et Dubinki Locitenente M. D. L. Maximiliano
Przerembski Petricovien Capneo, Nuncionum Terrarum Marschalco.
Stanislao Czikowski Cracouien et Bobrowsien Capneo, Luca
Mielzynski Calisien, Ioanne Swoszowski Leopolien, Alberto Bo:
gdano Przemislien, Ioanne Skaszewski Chelmen Succamerario
Stanislao Lubomierski Sandecen, Scepusien Stanislao Przerembski

Opoczneń et Radosyceń Capneis. Seuerino Witkowski Vexillifero
Zatorień, Andrea Tulibowski Brzesteń, Petro Ozga Leopolien, Judi-
cibus, Nicolao Mielzynski Calissien, Joanne Wilkostowski Brzesteń,
Georgio Stans Sanoceń, Dapifero Stanislao Zapolski Lubinicen
Siradien, Andrea Dembinski Crac. subdapifero et Bendzineń,
Capneo Nuncijs Trzcinn nec non Venerendis Joanne Kusbor Ski
Praepto Crac. Cancellario nro. marionis Regnice Andrea Lipski Scho-
lastico Crac. Matthia Lubinski Cracovien. et Gnesnen. Canonico, Ja-
cobo Zadzik Przeposito Vladislavien. Minoris Cancellaria nostra
Regentc. Michaele Grochowski Cantore Gnesnen. Joanne Wielzynski Se-
cretarijs nostris. Aby Petro Opalienski Capneo
Sremen. Sandivogio Ostrorog Venceslao Leszczynski Stanislao Grzymul-
towski Martino Broniowski Vladislao Przyiemski, Christophero
Tuczynski Jacobo Siemienski Petro Alexandro Tarlo, Joanne
Zbignco Borzechusa Hermolao Ligęza Joanne Sulgostowski Joanne
Gnoinski Joanne Lowicki Joanne Kaczkowski Remigiano Wo-
iakowski Ex diuersis terris Nunciis et alijs quam plurimis ex ordi-
Palatinatibus et dictis ad moderna Regni Comitia congregatis.

Sigismundus Rex.

M. Stanislaus Warlicki
Supremus Regni Thesaurarius Mgco
Stanislao Zolkiewski Pallatino Kiovia
Summā vigiñ vnius millium Flor. Poloñ inscribit.

Sigismundus iii. Dei grā Rex Poloniæ &c Significamus &
Venerabilem Joannem Kuborski Præpositum Cracovien. Secretari-
um nostrum et Cancellariā nostrā maioris Regentem a nobis ad infra-
scriptam recognitionem ā Mgco Stanislao Warsicki Thesaurario Regni
tunc infirmo suscipiendam deputatum et missum esse atq cum negotiō
hoc expediuisset ad acta Cancellariæ nostrā maioris retulisse quod
coram eo tanq a nobis ex prascripto Statutor Regni ad id deputato
et misso idem Mgcus Stanislaus Warsicki supremus Regni The-
saurarius Kobrynen Osieczn Capnen licet aliquantulum corpore
ger, sanus tamen mente et rationis optime compos a foro et iuris-
dōne sua quamis competen, recedendo huic vero nostræ iurisdi-
ni se gnis ad actum hunc cum succonibus et bonis suis in corpo-
ralē sponte palam et expressis recognouit verbis. Quia ipse a-
nimaduertens magna et prasentia a vicinis Regni hostibus immi-

nere periculo Reipub. fines autem Regni praesidio ordinario ob im-
peditos prouentus ex quibus illud more antiquo et ex legum publicae
praescripto prouidebatur atq; propter exhaustum olim arduis expensis Re-
gni Thesaurum destitutos esse: quo facilius a Illo Stanislao Zolkie-
wski Palatino Kioviae, et Exercituum Regni Campestre Duce periculis
eiusmodi occurratur pecunia, qua eam rem requisita esse: ad postu-
lationem nram et petitionem Senatorum Regni qui modernis Comitijs interest;
inscribit se et obligat praesentibus eidem Mgco Stanislao Zolkie-
wski Palatino Kioviae et Exercituum Campestri Duci eius q; haeredibus
successoribus summam viginti trium millium Flo: Polon: ex pecunia
quarta partis prouentuum bonorum nostrorum quae annuatim pro festo
Pentecostes in Thesaurum Regni inferri solet pro festo Nativitatis
Sancti Joan: Baptae proxime venturo coram Nro et ac Castren:
Capitalibus Leopolien: solutorum et repositorum. Vt aut eo certior
fiat Mgcus Palatinus Kioviae eam summam viginti trium millium
Flo: Polon: praefatus Mgcus Regni Thesaurarius in bonis suis
haereditarijs villis vidt Jakubowo, Jędrzeiowo, Sczytnik et Miczy:
dlow, praedictque Jakubowien: et Jędrzeiowien: ac omnibus eas
villarum attinentijs ipsi assecurat, et inscribit, teneatur et suos succes-
res ad solutionem recensitae summae supradicto Mgco Palatino

Kiowia' veleius succoribus realiter et integrè faciendam ex eisdem
bonis suis supra commemoratis obligat. sub vadio similis summæ vel
viginti et vnius millium. flor. Polon. Prout ipsa summa essentia-
li sibi prædictus Magnus Regni Thesaurarius ad instán memorati
Mgci Patris Kiowia' veleius succorum citare permiserit veleius succo-
res permiserint extunc recess. suo supra scripto inhærendo coram off. Ca-
thed. Capitali Varsavien. peremptorie respondere summam ipsam essentia-
lem una cum vadio ad officium non recedendo, soluere et omne iudicatum pati
tenebitur et tenebuntur, nullis dilationibus exceptionibus impedi-
mentis legalibus appellationibus earum prosequutionibus, nullisq; in gre
dientis remedijs terminum primum in ea causa differendo, vel satis-
factionem inscriptioni præsenti subterfugiendo, vel euadendo. Hac sua
recognitione personali et spontanea in præmissis mediantibus. Quam fecit
in Curia sua ad Ciuitatem Varsavien. sita die vigesima nona Men-
sis Martij Anno Dñi M. DC. XIII. Quam quidem memorati
Venerabilis Dan. Kuborski Præpti Cracovien. Secretarij nostri re-
lationem nos ratam et gratam habentes ad acta Cancellariæ nræ maioris
inscripti ac rescriptum eius extradi mandauimus. In cuius rei fidem
Sigillum Regnicolarium pendentibus est appressum. Datum Varsaviæ Sabbatho

ãn Dnicam Palmarum proxims. Anno Dñi M.DC.XCIII.
Regnorum nostrorum Polonia XXXVI Suetiæ vero XX. Anno.

Rectis vt supra.

Illis Albertus Radzÿ-
wil Ill.mo et R.mo Dño Martino Szyÿsko-
